

Q.K.427.1.

II h
642

ORATIO
DE PROFANITATE
TVRCICÆ RELIGIONIS

de qua rebelliosis maledictis regni ini-
tijs & incrementis,

habita

In

Inclita Academia VVitebergensi

à

VIRO CLARISSIMO
ET DOCTISSIMO DOMINO

M. ANTONIO EVONYMO CARINTHO,
Ethices & Logices Professore publico, cum 45. doctos
viros gradu Magisterij publicis solen-
titibus insigniret:

Item

QVÆSTIO,

An de Turca imperio & potentia Tyrannicâ ulla in scripturis divinis
extet prædictio, & quid de illa Spiritus Domini dicat.

proposita

à

M. IOHANNE BOCATIO P. L.


Scholæ Epper. Rectore, cui respondit

Vir clarissimus, doctissimus et humanissimus, M. LAURENTIVS FA-
BRITIVS Hebrææ linguae Professor publicus.



WITEBERGÆ,


Typis M. Georgij Mulleri, Anno 1596.



Ad

Viros Nobilissimos ac Am-
plissimos, Iudices, Senatores ac centum viros, trium
primariarum metallicarum in Hungaria superiore
civitatum, Schembnizij, Crembnicij, Novilo-
lij &c. Dominos ac fautores suos perpe-
tuo colendos.

M. JOHANNES BOCATIVS, P. L.
Scholæ Epperiensis Rector,



PRECES.

Quod felix faustumq; sit; in spectatissimam hanc coro-
nam actu solenni prodeo; Candidatos hosce, tam inter-
tegritate, quam cæteris rei literariæ ornamenti conspicuos,
in lucem aspectumq;, laurea Apollinea ornandos, produco:
Quos ut Ecclesiæ & Reipublicæ hisce honoribus publicis fe-
liciter consecrem: ab eo, qui omnis sapientiæ fons est &
scaturigo, quiq; rei literariæ unicus est assertor &
propugnator supplex oro & contendō,

Amen.

Magnifice Domine Rector: Generosissimi Domi-
ni Barones: Viri Clarissimi, Reverentia, Rerum usu,
excellētia, multiplicij doctrina, & cæteris humas
nitatis ornamenti, eminentissimi Collegæ
omni animi cultu suspiciendi, Coro-
naque spectatissima.

ORATIO.

Coriam, cùm insignem in rebus cæteris, tum non
postremam in re militari, à Germanis traditam ma-
joribus: Et Axioma Romani Imperij, virtute Theu-
tonicorum Principum ad decus Patrium adjun-
ctum; & gravia periculosaq; bella, partim in Asia,
partim in Europa & Africa, contra Turcicam immanitatem, ter-
ra, mariq; gesta, eeu præclara illustriaque Germaniæ ornamenta,
edocent & evincunt.

Cùm enim Lex Mahometana crudelissimis consilijs dictata
jam inde à mille ferè annis Christianos denotārit necandos, truci-
dandosque: Colluvies illa antiquior Saracenica, nec non mo-

A a derna

derna Turcarum Sentina, in extirpando Christi nomine, omnes
nervos hostiliter intenderunt, instructissimis exercitibus bella si-
nitimis intulerunt, ferro & flammis aras & focos vastarunt, imo
tanquam ad funus Ecclesiae divolaverunt. Salutem, proh dolor, for-
tunasq; regna Christiana, vel intolerabili tributi pondere, vel du-
riissimo servitutis jugo, redimere, coacti fuerunt. Quid? in Ger-
maniae luce hasta Turcica figi. Germanique de sanctissimi Impe-
rij dignitate dimicare videbantur.

Sed Deus ille Israëlis, pater orphanorum & viduarum, præ-
terito anno ad judicandam suam causam exsurrexit, lucem patriæ
attulit, belli impetum aliquantum repressit, vindicemq; gladium
in truculentiam Turcicam distrinxit. (Psal. 68.)

At enim quamvis Dei præpotentissimi nutu & consilio quæ-
dam victoriæ insignia ab immanissimo hoste miles Christianus
reportârit: quæ tamen tanti est tyranni potentia, quæ sunt armo-
rum genera, quæ bellorum gerendorum rationes: palmam aut
victoriam nondum reportâsse, res ipsa loquitur. Maculam enim
proximo bello suscepit, omnimodè delendam statuet, nec in
nomine Ottomanico insidere aut inveterascere permitte: Turcis
enim μηδέπ ἀστερεροπ μηδὲ ωμόπεροπ ιτῶρ ζώωρ. De vastitate igitur
& de pernicie Christiani orbis cogitans bellum extrema hyeme
apparavit, hoc vere contento studio cursuque suscipiet, media
estate confidere gestiet, neq; servitutē nostram, ut antea, sed iratus
sanguinem hauriendum concupiscet. Nullus ei ludus jucundior,
quam crux, quam cædes, quam ante oculos trucidatio.

Quæcum ita sint, inq; multorum annorum pavore & terro-
re bella Turcica ita metuamus, ut præterea nullius arma tanto-
pere reformidemus: Sitq; operæ premium, ut religionis Turcicæ
impietatem, imperij originem & incrementa umbratili delineati-
onē optimarum artium studiosis ob oculos ponamus: argumen-
to ἐπιξηκών, cum religionis profanitatem, tum maledictæ poli-
tiæ initia & progressus, ita pertexenda duxi, ut inde ingenuæ li-
quesceret juventuti, cum quibus hostibus Romani configant ex-
ercitus, qua spe, quaq; fiducia, in blasphemam rebellemq; gentem
arma expediant.

Vt autem oratio recto decurrat tramite, fundamentis aperiam
firmissimis, ἐπελθεροκείω Mahometanam, partim ex heresiarchi-
ca κοκοζηλιᾳ, partim vero ex seditiosa rebellione fluxisse &

pro-

: promanasse. Ut enim Simia Dei est Satan: ita Turcicam μηχεν
νογραφίαν perpetuarum κακοζηλιῶν esse congeriem, firmamentis
solidis docebo. Ac licet prodigiosa suæ legis portenta pro reli-
giosissimo Dei cultu venditent: ideoque in Christi oviculas, ceu
hostes Dei insensissimos, insurgant: experimentis tamen infalli-
bilibus evincam, κακοζηλιῶν τοὺς & nefarios Vopiscos, propter
gloriam Dei, propter sanctissimum Christi nomen, retundendos,
extirpandos, eradicandos.

Bella enim movent Turcae Christo, religionis novo inauditi-
o que genere introducto: bella movent Christiano orbi, Roma-
ni imperij jura, columnas & bases funditus eversuri. Hæc vero
dum pro more Academiæ, proq; consuetudine Collegij, in gra-
tiam Candidatorum Ornatisimorum paucis pertexo: quo debeo
animi cultu oro, ut Academiæ institutis, Collegij dignitati, Can-
didatorumque honori, hæc in parte faveatis; & me, de profanita-
te Turcicorum sacrilegiorum, deque rebelliosis imperij initijs,
(quatenus scil. Satanæ astu per κακοζηλοσύνην sunt constituta,) dis-
serentem, benignissimis auribus audiatis. Ego, qua fieri poterit
brevitate, rem expediam, & quod orationis splendori deerit, bre-
vitate verborum resarciam. De meis vero horumque candidato-
rum studijs ea profiteri possum, quibus totius Academiæ Symmy-
stis, spectatissimæq; huic juventutis coronæ sancte devincti sumus.
Deus dirigat cursum nostrum. A principio, ut animo cernatis, qua
specie, quibus blandimentis Turcica deliramenta orbi Terrarum
oculos perstringant, ut plerique in ipsorum θεοσύναις jurent: in
mentem veniat vobis Paulinum illud: (2. Corinth. II. Satanam
in angelum lucis transformati.) Iam enim quid est augustius,
quam populum nuncupari fidelem? quid vero magnificenter,
quam peculij Dei nomen usurpare? At hoc specioso, hoc glorio-
so titulo Pseudomantes Turcarū suos insignivit: Maselaminum,
vel Musulmannos Luciferi coniunctatos appellitari voluit. Musul-
mannos populum interpretamur fidelem, populū orthodoxum,
gentem servatam, plebem salvatam: Ediverso autem Christia-
nam Ecclesiam, gentium colluviem, labem, cænum: Romanum
Imperatorem, infidelium incredulorum, irreligiosorum caput;
arma Christiana, gladium ethnicum, Satanæ vates perfidè procla-
mavit. Sed o ridiculum caput, quasi non ante sexcentos annos
Gnosticorum hæreticorum conciliabulum, itidem solum se veri-

tatis fontem exhaussisse somniarit. Iren. lib. 1. cap. 24. Quid itaq;
mirum filium Belial, Turcarum factorem & formatorem solum se
viam salutis invenisse jactitasle.

At est hoc primum Turcicam $\kappa\alpha\kappa\omega\lambda\omega\sigma\epsilon\omega\varphi$ documentum,
cujus vanitate Christiani exercitus non modò non terreantur; sed
etiam ad animi firmitatem infraictorem, in pessundandis sacrile-
gis catharmatibus, accendantur, inflamentur. Evidem enim in-
genium, in confingendo Musulmannorum fabuloſo nomine, mi-
ſifice prodidit Satan: Mendaciorum enim est pater & $\mu\chi\alpha\varrho\varphi$ -
 $\Phi\Theta$, homicidiorum $\alpha\psi\eta\tau\kappa\sigma$: At obsecro, attendite, quæ in alio
 $\kappa\alpha\kappa\omega\lambda\omega\mu\alpha\tau\omega\varphi$ genere concinnando, mendaciorum plaustra con-
gesserit. Quis nescit? Abrahamum proclamari fidelium patrem,
Rom. 4. Quis est? qui non intelligit, dignitatem hanc sanctissimæ
Patriarchæ, non modò esse præclarissimam; sed summam: in qua
participanda neminem habet secundum. Sed enim huc dementiae
Turcæ processerunt; ut in manifestissima falsitate fucum facere
non erubuerint. Circumcisionem enim yenditant: Circumcisio-
nis participatione Abrahæ posteris se aggregant. Ex schola namq;
cui impiè valedixerunt, Mosaica, cognoverunt, Abrahæ semē be-
nedictionis fore hæredem, Gen. 21. Solam itaq; Turcicam conju-
rationem benedictionis fore participem, superciliosè præsumere
non dubitant. Sed quis, obsecro, mente adeo est obtusa, qui non
persentiscat, Spiritus infernalis hoc esse auxipium, seducendiq; ar-
tificium? Scilicet ideo benedictionis hæreditatem suis pollicebun-
tur Turcæ, quod phrenetico insulsoq; instituto ad circumcisione
relapsi, reliquas religiones oblitanter, nigro calculo damnant, ad
orcum telegant. Pater omnino fidelium est Abraham: Sed vera si-
de à Christo benedicto semine pendentium. Hic enim est, qui pro
peccatis nostris est traditus, quiq; propter justitiam nostrā à morte
resurrexit. Rom. 4. Neq; etiam Abrahæ semen ulli censemur, nisi
qui baptisati Christum induerunt, Gal. 3. Rom. 6. Increpet itaque
Deus hunc Satanam: Evanscant hęc folia Sibyllina Bryllis Mer-
curialis. Hęc est enim vita æterna, ut agnoscant te solum verum
Deum, & quem misisti, Iesum esse Christum. O igitur furorē lym-
phaticum, o vesaniam æterna morte piandam, qui hæredes Abra-
hæ perhiberi volunt, benedictissimū illud semen Abrahæ, Filium
Dei, non modò non exosculantur, sed etiam æterna divinitate
exuant. Quærunt enim ex nobis, nunquid numen divinum spiri-
tus

Etis sit & hinc sit & & yāukt? Annūmūs. Hinc & dūlūdīdāktwō
concludunt, omni abominatione esse abominabilius, Spiritualem
essentiam, cui uxor associari nequeat, genuisse filium. Autor est
Damascenus in Colloquio Saraceno. Atqui verò licet ratione
Circumcisionis Turcæ superbiant: tamen cùm non circumcisio
carnis, circumcisio sit, sed circumcisio cordis, quæ fit spiritu: Rom.
2. Frigescit, labascit, vanissima hæc Turcarum de semine Abrahæ
jactantia, quæ historiarum etiam lumine, antiquitatisque memo-
ria diluitur. Tartaricam enim Scythicamque barbariem Aquilo-
naires & orientales orbis terrarum partes explere, cum ab experien-
tia, tum à seculorum multorum historia edocti sumus firmissi-
mè. Iam ex Tartarica illa progenie, Scythicaque farragine, Tur-
cos descendisse, exq; Caucaseis rupibus, non Abrahæ lumbis, pro-
diisse, autoritate non tantum Herodoti & Plinij, sed etiam Pom-
ponij Melæ, authorum gravissimorum, planum evadere potest.
Vnde Neoterici etiam Cosmographi in partibus Tartaricis Tur-
carum antiquam sedem assignant & notant. Quid enim TYrcæ-
rum vel ZTurcarum nomen, ipsorum dialecto, aliud denotat
quam nomadas aut ἀμαξούς, hoc est, bubulos, opiliones, ar-
mentarios, quales in Scythicis Tartaricisque in plaustris hodier-
num usque diem pascuis sectandis vicina quæque depopulan-
tur & devastant. Hinc sit, ut latrunculi illi cruenti Turcicum
nomen nulla ratione audire sustineant, sed rejecta hac ignomi-
niosa nomenclatione, Χλωσεμψ sacrilego, Muselmanni, seu or-
thodoxi, velint nuncupari. Sed garriant illi, quæ garriscent:
arbitrario decreto Abrahæ ωραφύαδα se nunquam obtrudent.
Stat enim immotum, quod Ecclesia Dei ex Ezechiele & Apoca-
lypsi Iohannis διοπνέως colligit, Apocal. 20. Ezech. 38. & 39.
Turcam esse funestum illum Gogum & Magogum, seu Tar-
taricum Septentrionalium tabernaculorum inhabitatorem, mon-
itusque Sionis everforem.

Quamobrem somniant Turcæ, quando circumcisionem
venditant, quando Abrahæ hæreditatem aucupantur. Ecquis
enim est: qui Salvatoris illud non infallibile habeat: Quisquis non
colligit mecum, dispergit. Iam verò cùm ante mille fere annos, sex
alia antiquior Saracchica, posteritatis Abrahæ titulo, superbiērit,
eoq; nomine florentissima orientis regna sibi vendicārit: Turcæ,
obscur-

obscuritate nominis adhuc ignobiles, à Persis semel atque iterum contra illos evocati, non modò Persas ipsos oppreserunt, sed & Saracenos, licet eorum religioni subscriperant, Abrahæ filiorum titulo regna mundi occupaturos, conferunt & labefactarunt: Annoq; demum 1051. proprium in Asia imperium constituerunt, perque ducentos annos longè lateq; ferro & flammis omnia vallarunt. Sed enim neque hoc pestiferum & execrabile Turcarum regnum primò exortu diutius constare poterat. Tartari enim, Turcarum contribules, contra eosdem Armeniorum institerunt, allecti totam potentiam Turcicam ad ducentos annos, annihilarunt & contriverunt. Lupus enim Luporum faucibus devoratur, & minimis momentis, maximæ inclinationes temporum sunt, ut differit Orator,

At verò ut mala herba non perit: Ita Turcæ, tam suis, quam alienis oppressis, duce Ottomanno rursus emerserunt, subq; Imperio Rodolphi primi denquo Asiam recuperarunt, idq; Anno 1300. Ex his incrementis ad summum illud potentiae fastigium sunt exultati, qua, tempore hoc Ægyptum cum Hierosolyma, Asiam Minorem cum utraq; Armenia, Imperia tandem Græca, Trapezunticum & Constantinopolitanum servitute premunt. Ex hac fatorum Turcicorum digestione, quæ à fide dignissimis historiis, Haithone Armenio, & Leone Afro, annotantur, liquido constat, Turcas non tantum benedictissimæ posteritati Abrahæ non esse aggregandos, sed etiam posteriorum Abrahæ, quam γνωσίων, tam adulterinorum, esse direptores, vexatores, eversores. Atque hæc, hæc Christianum militem animare, hæc pectora roborare, manus firmare, conveniebat: Armis enim religiosissimis nostri milites invadunt spuriam & κακοζηλοτικήν Abræ sobolem, Tarticasq; belluas, Scythicas bestias.

Obstrepere quispiam, scrupulum non exiguum hac ipsa narratione esse iniectum. Quod enim, in obtinenda Abramica hæreditate Turcicæ κακοζηλοσύνη fuit detractum, illud maledictæ Saracenorum jactantiæ fuit adjudicatum. Cum enim Turcæ ut dictum est, ex ruderibus & cineribus Saracenorum sint suscitati: profanæque duntaxat religionis professione, hæredum Abrahæ titulo γνωστικῷ exultent: Ipsa sanè fax Saracenica, quæ primitus huius tituli possessionem venditabat, Abrahæ semen nonnullo saltem argumento prohibebitur. Nunquid enim fateri non cogi-

mus



mur? Abrahamum genuisse Ismaelem, ex Ismaele vero prognatos
Agarenos vel Saracenos, Turcarum in religionis impietate ante-
cessores. Neque enim sacrorum oraculorum gnaros latere potest.
Mosen Abrahamo associatam tradere Hagarem ancillam, ex qua
hoc conceptum Ismaelem, omnium Saracenorum parentem Ge-
nes. 16. Iam cum in hac Agarenica Abrahæ posteritate, profani-
tas religionis, quam Turcæ amplexantur, prima habuerit initia;
primique Saracæi Abramidarum hæredum nomine (plauesibili sa-
nè) aliena regna invaserint: Turcas per κακοζηλοσύνην idem, ut il-
li, sibi sumere, luce meridiana clarius evadet. Quum enim legitimi
Abrahæ posteri Israelitæ vi antiquissimarum promissionum,
ante natum Christum, Palæstinam occupaverint: Stulto zelo
Saracæi ex narrationibus Mosis, post Christum natum, itidem
suorum majorum promissiones arripuerunt, similique exemplo,
κακοζηλοσύνη tamen, Dominium sibi totius orbis ascripserunt.
Neque enim ambigua aut obscura est illa, quam Moses Genes. 17.
fideliter assignat promissio. Dixit Dominus ad Abraham:
De filio Ismaele (Saracenorum scilicet progenitore) exaudi i te,
ecce benedicam ei, crescere faciam multiplicaboque vehementer,
duodecim Principum familiæ ex ipso prodibunt, eritque in gen-
tem magnam. Hæc Moses. Iam efficacitate tantæ promissionis
Hagaræi suos majores, ante exitum Israelitarum ex Ægypto, in
duodecim Principum familias excrevisse, ex Mose notârant, Ge-
nes. 25. Quamobrem & κακοζηλοσύνη majorum exemplo, & Ma-
hométici dæmonis institu, (de quo postea,) promissionibus illis
illesti, arma anno Christi 623. contra Christianam Ecclesiam Im-
periumque Romanum sumserunt, florentissimaque Babyloniae
regna ab Imperio primitus avulserunt, Africam ferè totam sub-
egerunt, magnam Europæ partem occuparunt, & sub Caliphis
babylonij, summis sacerdotibus & principibus, usque ad Turca-
rum impressiones & ultra gubernarunt. Cùm enim Stygijs somni-
js de hæredibus Abrahæ, successus primo quoque tempore respon-
derent. Abrahæ concubinarijs illis posteris orbis dominium be-
nedictionis jure traditum imaginabantur. Licet autem in phre-
nesi illa ζελωτική fictitio suppositicioque nomine Saracæo fucum
secerint: (Hagaræi enim erant ex ancilla, non Saracæi ex libera)
attamen successus illos primi impetus in obtinendis victorijs, in
debellan dis mundi regnis, in constituendo novo imperio, pristi-

B

nis



nis Abramidarum promissionibus acceptum serebant. Est enim Abraham revera mundi hæres. Röm. 4. Sed enim ut prædo prædoni eripit prædam, ejusq; insignia facit sua Philosopho teste: Ita Turcæ sanguinaria κακοζηλία vicissim amplissimis regnis Saracenos exuerunt, Asiam in suam potestatē redigerunt Saracenumq; insigne, nomen scilicet filiorum & hæredum Abrahæ usurparunt. Quocirca Diaboli fœtus, Diaboli mancipia κακοζηλωνικὰ belluae sunt Turcicæ: Saracenos viro Turcicæ impietatis primos fundatores, ex Abrahæ lumbis revera prodijse, fateri cogimur. Dices, quid audio? Ergone Deus Abrahæ generatione ad flagellandam Ecclesiā, ad eradicandum Christi nomen, utitur? Inexplicabile est, fateor, hoc Dei consilium, impervestigabile judicium. Chaos tamē inexpiabilium flagitiorum matum Saracenicam in Christi gregem armasse, res ipsa loquitur, Abrahæ enim erant propago ex Lotro, cùm Moabitæ, tum Ammonitæ, Gen. 19. Abrahæ surculi ex Iacobo Patriarcha, Edomitæ, Gen. 25. Abrahæ ex Ismaële plantagines, de quibus sermo est, Saracæi: Sed truculentiores hostes Ecclesiam Israeliticam olim non sensisse, Psal. 83. conqueritur. Conspirarunt, inquit, pariter, tabernacula Edom, Moab & Hagaræ &c. Quid igitur mirum: si in Ecclesiam Novi T. enormiter delinquentem, Abrahæ eandem propaginem exarmavit, varijsq; fortunæ successibus ad summum potentiae fastigium Deus sustulit. Circumspiciamus quæso, atq; rem altius repetamus: Similia sanè experientia in Dei populo habebimus obvia. Parens regis Herodis Antipater ex Idumæis erat oriundus: Idumæi verò genus trahunt ab Edom Abrahæ Abnepote. Trecentos itaq; annos sub Herodium stirpe & quidem Abramica pressa fuit Iudaica Ecclesia. Valeat enim illud Psalmographi: Non cessabit sceptrum impiorum super sortem justorum. Sceptrum itaq; impietatis olim erant Saracæi, Turcarum antecessores in præmendis Dei electis: Sceptrum impietatis Turcica vorago & gurges quo hodie magna pars Ecclesiæ absorbetur. At rursus occurret mihi quispiam, qui ad tantæ Saracenicae inundationis incrementa respiceret. Mirantur enim quomodo sanguinaria illa colluvies ad tantam potentiam ascenderit? qua ratione Imperio Romano utcunque florente majestatis Monarchiæ orbisq; terrarū vastatrix extiterit? Scilicet, ut propter vitia principum maxima regna corruunt, utq; propter rebellionem & seditiones subditorum funditus eradicantur: ut est in

Pro-



Proverbijs Salomonis: Iob. 34. Propter peccata populi regnare
facit hominem hypocritam & tyrannum: Ita inter intestinas Im-
perij Orientalis distractiones, rebelliosa & seditiosa κοκοζηλωμα-
τα, tam Saracæorum, quam Turcarum, in tantum invaluerunt, ut
majestatem Romanæ Monarchiæ tandem excedere videbantur.
Stabilimenta enim Mahometanæ dominationis ex turbationibus
æulicis, exq; Theologorum perniciosis scripturæ depravationibus,
magna ex parte fluxisse, ex sequentibus liquidò constabit. Ptole-
mæo & Plinio alijsque Cosmographis referentibus, regiuncula,
quam Agareni ab Abrahami usque temporibus, incoluerunt, in-
terjacet Ægypto Terræque sanctæ: & quidem in illo Arabiæ
Petræ deserto, cuius magnam partem populus Israeliticus in
itinere Ægyptiaco quondam emensus est. Iam verò cum Tra-
ctus ille, fabulosus fuerit sterilisque: Hagarenica gens egen-
tissima & famelica aut mercaturam exercuit, quemadmodum li-
quet ex Historia Iosephi à fratribus huic progeniei Ismaelicæ
divenditi, Gen. 37. aut latrocinijs domesticis itinera solitudinis A-
rabicæ infestavit, ut constat etiam ex itinerarijs nostratium, ad
montem Sionem per diserta illa proficiscentium: aut seditiosis
gratiationibus Romanorum fines inquietavit: Vnde nerva Impe-
rante seditiosos Agarenos per Trajanum ducem oppressos esse,
annotant Dion & Ammianus; Psalmus quoque 83. conqueritur,
irruptiones in terram sanctam ab Agarenis factas: aut tandem o-
peram belligerantibus Monarchis & Dynastis locavit, ut jam pa-
tebit. Cùm enim Anno Christi 612. & 23. Heraclius Imperator
Orientalis bella cum Persico Rege gereret: Agareni ex Arabia
Petræ evocati, operâ in debellandis Persis Imperatori egregiem
navârunt, inq; obtinendis aliquot victorijs non parum adjumen-
ti Romano exercitui attulerunt. Partis verò tot victorijs, stipen-
dia Hagarenicis copijs fuerunt denegata, ducum bellicorum su-
percilio & insolentia, qui vel canum nomine Agarenicum mili-
tem injuriosius excipere non verebantur. Hoc intempestivo du-
cum Constantinopolitanorum fastu, excitatum est, proh dolor,
incendum, ad cujus flamas extinguendas, non Asiæ, non Afri-
cæ, non Europæ vires, unquam satis validæ fuerunt, sed innume-
ræ animarum myriades per tot seculorum decursus pessum i-
verunt. Ad injuriosa enim convitia militarium ardilionum, Haga-
renici Stratiotæ frendebant, fremebant, perque seditiosam con-
spiracyem rebellionem movebant, gregales exasperabant co-



hortes & vexilla jungebant, denegata stipendia non amplius verbis aut expostulationibus exigebant: Sed circa Damascum, impetu facto, rapinis & incendijs omnia explebant, infesta signa furentes patriæ finitimiis inferebant, omnia depopulabantur, deprædabatur, omnia vastabant, irripiebant, concidebant. Principia hæc, proh Deum immortalem, si tempestivè repressa fuissent: tanto malo inventum fuisset remedium: omne enim malum nascens facile opprimitur, ut est in Philippicis. Sed muliebre parricidiū Imperatricis nefandæ huius tragædiæ inhibitionem, proh dolor impedivit. Luctuosam vero hanc totiq; generi humano exitiosam rebellionem refero ad impia καιοζηλωματωρ genera. Ut enim Legitimi posteri Abrahæ, Israelitæ, per rebellionis speciem à tyrannide Pharaonis in libertatē se vindicasse videbantur: Ita Saracenicæ furiæ, cùm se Abraides venditabant, jugum Romani Imperij, quod tum temporis Ægypto & Arabiæ incumbebar, seditionis rebellionem fatali tamè quadam inclinatione & ineluctabili fato excutere aggressi fuerunt. Aulicum itaq; καιροθερ in irritado militari furore: Militaris item in movenda rebellione audacia Iliaadem Saracenicorū exitiorum fundavit. Iacta enim erat alea, conspiratio contra Imperatorem facta: consuebant undiquaq; milieni, prædæ & rapinarum socij futuri, fortuna aura elati direptionibus finitima quæque infestabant. Spes enim rapiendi atque prædandi cæcat omnium hominum animos, Si M. Tullio in Philippi 4. credimus.

Sed confusæ huic multitudini dux & autor opus erat, sceleræ nimirum ante alios immanior omnes. ὅτῳ γαρ ἄναγκη οὐταιρειος oblatū igitur habebat maturè Mahometen, ex omnium scelerum colluvione natum, Arabiam ante seditionē infestantem, immanitate nulli secundum, astutia versutissimum, opibus affluentissimum, dextra validissimum.

Hic animis rebellantium se insimulabat, capit eligendū suadebat, egestate pressos munificentia, blandâ illa conciliatrix, sublevabat, operam tumultuantibus promtam offerebat. Quid sit? Elegitur conjuratorum Imperator Mahometes, Mahometes inquam, quem sanè quasi in theatro benè spectandum vobis exhibeo. Augurabimini fortassis, aut magnum regem, aut incliti principis generosum filium. Hei mihi, hei Ecclesie Romanique Imperij majestati, toto cœlo erratis, cum ista suspicamini, Contemplanum.



plandum præbeo, non regio satu, non heroico ortu, non ab ex-
cellenti eximiaq; virtute progressum hominem: Sed Asinorum
& mulorum custodem, plagi abductum puerum, à plagiarijs pre-
cio divenditum, mercatoris mancipium, mercatorem ipsum, du-
cta Domini uxore locupletissima. Hic est, hic est, Saracenicorum
Iatrociniorū ἄνθρωποι, hic Athas ille, cujus conspiratio eam
viam majestati Saracenicae patefecit, quam nullus umquam Mo-
narcharum sperare ausus fuisset. Hic ubique vestigium posuit,
incredibiles dedit strages. Huius auspicijs Arabia felici subacta,
Christianorum antiquissima sedes Antiochia, Saracæi principa-
tus & tyrannidis metropolis est, proh dolor, constituta. O consi-
lia impervestigabilia, judicia tamen justissima. Danielis quidem
voce prædictum fuit, ultimam hanc mundi pestem grassaturam,
(cap. 9.) Quin & Apocal. Iohannis, (cap. 20.) locustarum hanc ab-
ominationem olim ex abyssō ascensuram prænunciavit: Sed ta-
men patricidiorum tantorum οὐκέτη causam rectè hanc cum Psal-
te reddimus: Utinam populus meus me audisset: utinam Israël
in præceptis meis ambulasset, quam brevi inimicos eorum humili-
asset, Psal. 81. At regno maledicto in hunc modum constituto,
scrupulus restabat de religionis diversitate. Quamvis enim Sara-
cenicae colluviones Abrahæ volebant esse seminaria: pro militari
tamen & πεότητα, partim in gentilium idolomania hærebant, par-
tim Arianorum blasphemis crepabant: partim aliarum hæresi-
um labé squallebant: Cùm his conspirarat infinita, cùm Iudæo-
rum, tum Christianorum multitudo. Hæc religionum ἐπεργασία
conjurationis durationi initia videbatur: Conversus itaq; Sat-
anas ad exitiosam ἐπεργάλια, hanc iniit viam. Cùm seculorum il-
le rex electum populum per manus Prophetarum olim direxerit,
mysterijsq; salutis & regimine salutari instruxerit: Imposter Ma-
homet eandem semitam sectatus, Prophetam se professus est, &
Pseudoprophetias, Alcoranum dico, ante decennium ex hæresi-
bus ope impiorum consarcinatas, inque volumen à Iudæo &
Monacho congestas, Saracenicas conjuratis insinuavit. Causas
admissæ Legis Plutonicæ non quæras: non enim lex profana, sed
prædæ, sed rapinæ, captabantur, γελωτής tamen Satanę Mahomet
hanc ἀφορᾶν arripuit. Propheticam eminentiam noverat in po-
pulo Dei fuisse extraordinariam, inq; reformanda Ecclesia restau-
randisq; à Deo regnis usurpatam: Reformationis itaq; causas dicti-

tabat, arte confictas: Legem Mosaicam à Iudæis esse depravatam: Evangelium à Christianis corruptum: Neutros neutrius observationem tenere sartam testamq; : Missum itaq; Mahometem Neoprophetam, qui abolita lege utraq; novum, idq; ultimum religionis mysterium generi humano dictaret, electumq; Abrahæ semen ad pristinam cultus Abramici sinceritatem revocaret. O vœ misericordis nobis, in quorum corruptelas profanamq; vitam vindici ira ita Deus vindicavit, ut repudiata veritate, efficacissima illusione, crediderimus mendacio. Mens humana, novitatis avida, hæresiumq; distractionibus in perplexitatem implicita: & novis inventis facile solet dare aures, & toxica pharmaca ultrò imbibere. Accipite enim quæso experimenta quædam oraculorum cœlestium depravandorum, quæ primogenitus Satanæ Mahomet ex hæresibus Ecclesiasticis hausit. Ex his certè intelligent exercitus Christiani tam in καρδιασματικα Turcica eradicenda laborandam esse, quam in omnibus hæresibus exterminandis manibus pedibusq; occupamur & enixè omnia facimus. Ecquis somniaret, tam perfictæ frontis futurum hominem, qui salutis autorem se venditare ausit. At inventus est hæresiarcha ille Phrygius, Montanus qui rugitu diabolico rugire non dubitavit, salvationem hominum neq; per Mosen, neque per Christum fuisse completam: Montano datum Dei spiritum, qui salutis omnem rationem consumaret. Hieronymus ad Marcellinum. Non erubuit, non erubuit, dico, mendax Mahometi spiritus Antichristianam eandem vocem mittere. Legis Mosaicæ imperfectionem ad salutem sufficere insiciabatur: Evangelicam gratiam infidelitate hominum evacuatam. Quo circa novam inauditamq; salutis rationem numinis consilio constitutam, qua p̄r Mahometen Pseudoprophetam, non vocis ministerio, sed aie gladij dictanda, absolutam denum salvandi viam aperiat. Sed primum hoc est χλωτισμός Plutonici spiritus documentum. Deinde, cum passioni Christi, vel solis obscuratio, vel Pilati dicta sententia, vel nefariæ crucifigentium manus testimonium perhibeant: Simonem tamen Magum, narrat Eusebius lib. 2. c. 10. negasse, Christum esse passum. Quis vero est, qui dubitet huc demensiæ Mahometem esse progressum? non certè voce sed lege luciferana idem vulnus Ecclesiæ inflxit veterator Mahomet. Passiōnem enim Domini Christianorum corruptelis Evangelio insertam impudentissimo ore crocitabat. Neq; enim dubium est, eandem

dem cramben Manichæos olim reconixisse. At enim alterum est hoc experimentum zeli Diabolici in Mahomete. Præterea cœlestem illam gloriā ex carnis sensu definiri carnis est desiderium; Quocirca prodijt quoque Chimera Cherinthus suggestione Achærontæa inter alia mugientis, à resurrectione mortuorum Christi regnū fore terrenum, delitijs carnis undiquaq; affluentissimum. Ir. lib. 1. c. 25. Arrigite aures, qui carnalia sapitis Mahometani, arrigite, hoc idem somnium execrabilis capnomantes alcoranicus vester sanctit, confirmat, stabilit. Paradisum enim fabricat, lenonū & ganneonū voluptatibus impurissimum; Dignum scil: cœlum libidine militari Agarenica. Adhèc quibus lacrymis, quibus gemitibus quibus suspirijs Ecclesię illā sortemq; deploramus, qua Christi Deltas omnibus seculis lapis fuit offendiculi? Nam cum Cherinti blasphemis invaluit, Ebionis etiam phrenesis, errorū perpetuum seminarium, qui Spiritus S. vi Immanuelē ex virgine natum concebat, deitatem verò perfidè abnegabat. Eccl. hist. lib. 3. c. 27. Huic, huic, demum patulas aures Alastor Mahomet præbuit. Ultrò enim & larga manu dat Christianis ex virgine spirit⁹ irradiationē Christum natum: At verò æternā huius deitatem diris devovet omnibus. Al. cap 1. Deniq; horrendis hisce blasphemis non ex saturatus alio mendaciorū genere divinā majestatem temerare aggressus est; Cum enim Marcion & Manichæi, cloacę illę Diabolorum, mali autorem Deum constituerint, Ir. lib. 1. c. 29. ne & fabulę huic decesset, Spartacus ille Alcoranicus, furore concitatus, alta voce idem intonare non dubitavit. Testis est Damascenus. Quid opus est verbis? nullus est in portentosa illa religionis sphynge apex, cuius vestigia non sint conspicua, aut in antiquissimis, aut recentioribus hæresibus. Deitatem enim τὸ λόγον perditè ante Mahometen abnegarant plurima Ecclesiæ carcynomata. Ebionis monstra Artemon Syrus renovavit. Hujus vestigijs insistebat Samosatenus Antiochiae Episcopus. Eadē cerberi capita ex orco retraxit Arius presbyter Alexandrinus & Donatus Africæ hæresiarcha. Quin ea ipsa hoc seculo recoquunt furiali voce Antitrinitarij. At enim ne horrendissimarum blasphemiarū assertor & stabilitor Mahometes haberetur: artificiois strophis singularijs stratagemate rē machinatus est. Molis, Prophetatum, Psalterijq; lectionē suis p̄misit; Et ex Evangelio testimonia, p̄ stabiliendis perditis suis Enthusiasmis, cōquirere concessit. Dei filiū à patris cōsortio nō planè exclusum voluit. Blandè inculcabat: Christi Dei animā datam; In Christum



stum Dei verbum cum spiritu S. descendisse per Christum condita
esse omnia Christum ex cœlestibus redditum, & Antichristum
Abolitum, Alcar. cap. 2. & 3. Quis est tam hebes? qui non in-
telligat, hæc esse verba mellis: sed recessum non nisi fellis: Ines-
camenta quidem simplicium, venena vero assentientium. Nam
cum Dodonæus hic Vates persenticeret, σκύβαλα conjurata Abra-
hæ institutis esse inescanda: rursus deploratae δυσχήλιαι exper-
imentum reperit. Layacrum enim regenerationis, Baptisma cum
Iudæis conspiratis sordeceret: ex Christianorum etiam conjura-
torum manibus extorquendum erat. At quum Abrahamum fuisse
circumcisum constabat; metamorphosi sacrilega repudiato Bapti-
smo suis restituit circumcisionem, Circumcisores enim primitiae
fuerunt Abramides, quibus Saracei aggregari volebant. Cum item
non minus ab Ecclesiæ thesauro preciosissimo corporis & sanguini
Domini naufragatores Iudæi abhorrent: Vitæ epulum in to-
xicum venenū transfiguravit. Iam quis ignorabat, sacrificia olim
Deo Abrahamum obtulisse mystica igitur eæna abolita, hircorum
& taurorum sacrificia revocavit. Iam vero quis hunc spiritum
blasphemiarū accusaret? quis impium censeret? qui in sacrificijs
offerendis socios suos Abrahæ æmulos esse voluit, qui circumci-
sionis professione ex electorum numero fore confusus est. Sed
circumcisionem ejusmodi concisionem esse, & sacrificia Diaboli
hostias, Paulus protestatur, Phil. 3. Hebr. 9. Quocirca concisos
non circumcisos Christiani exercitus concidunt & Baaliticos sa-
crificatores trucidant, non divini numinis cultores. Subsoluit exi-
tij pharmaca veterator ipse met, qui in ratificandis adque omnem
posteritatem transmittendis sacrilegijs, mendaciorum labyrintho
multis cuniculis cavere voluit. Disputando enim si Alcoranum in
dubium vocas, capit is paratum est tibi supplicium: Volumen hu-
jus diabolici rancoris si Christianus emas: morte mulctaberis em-
tor cum venditore. Nemo Christianorum ad lectionem Seraphi-
cæ legis admittitur, nemini ad tempa, vel Moscheas, aditus patet,
Scilicet sanctum non est dandum canibus: & Deus quoq; ex suo
cætu non nullos excluserat, Deut. 23. Certè non κακοζηλιαι has,
sed μεχανογραφιαι dixeris. Ut enim fallacijs fucus quereretur, &
rigore isto lex antiqui serpentis duratione ad omnē posteritatem
perpetuaretur: Ex superstitionibus etiam, quæ in orientalibus Ec-
clesijs invaluerant, stabilities & suffulcamenta quæsivit, Mona-
chis

his scatebant omnes anguli: monasticos ordines non repudia-
bat, monastica claustra dedicabat. Peregrinationes ad sanctam
Hierosolymam superstitionis frequentabatur. Consimiles super-
stitiones ad proprium sepulcrum, Mechis erectum, sieri permitte-
bat. Iejuniorum præterea quadragesimalia tempora, quæ singu-
laris castimonij specieræ præ se ferunt, de novo conservavit. Te-
stamentis ad sacerorum rituum & Plutonicæ legis perpetuitatem
plurima legari voluit. Hæc nimirum intellexit constantissima
irreligiose religionis præsidia & firmamenta futura. Pharisaï-
cas illas lōtiones à Iudæis acceptas, magno numero cumulavit &
locupletavit. Picturas, imagines, statuas violenter ex templis
ejecit, imitatus nimirum Leonem Imperatorem, ἐρκονόμαχον di-
ctum: & digna est hæc severitas Abramicis posteris, quibus dictū
erat, non facias tibi sculptile. Hæc hæ χαμαιλίαι hominum o-
culos perstrinxerunt, in errorem pelleixerunt, in æternum exiti-
um præcipitârunt. Essent sexcenta alia, quæ consulto prætero.
Ex his verò, quod ab initio proposui, constare arbitror, Axino-
mantian cùm Turcicam, tum Saracenicam, ex Diabolicis κακού
Ἀωμέτων generibus esse congestam, consarcinatam, conglutina-
tam; atq; idcirco Deo electisq; adversam & infestam. Sacrilegus
enim est titulus orthodoxorum, adulterina origo Saracæa, Impe-
rij constitutio rebelliosa & factiosa, religio ex pestilentissimis
hæresibus consita, omnium hæreticissima. Quis igitur ambi-
gat? quis dubitet? tanquam ad commune Ecclesiæ & Reipubli-
cæ Christianæ incendium, concurre oportere omnes, tela ex-
promere, ferro flammisq; hæc generis humani monstra, hæc por-
tentata, hanc malignantum Ecclesiam, hanc Antichristianam con-
spirationem confidere & exinanire. Animum nobis addat Da-
nielis predicio, quæ tria duntaxat cornua eidē assignat, ex Im-
perio Romano avellenda. Ægyptum jam occupavit, Asiam mi-
norem subjugavit, Imperium græcis eripuit: non igitur ad sub-
limius fastigium ascenderet. Ecclesiam enim Deus suam sub ty-
rannide Saracæa & Turcica exercuit ad mille fere annos. Jam
igitur cùm execrabile hoc imperium, detestabile hoc regnum, ni-
hil aliud sit, quam immanissimorum latrunculorum spelunca,
quam rapinarum infinitarum gurges & vorago, quam blasphe-
miarum stygiarum scyllæum barathron, quam inauditarum libi-
dinum & patricidiorum pelagus: ô tu Deus, juste, caste, sancte,
misericors,

C

*Romanum Turcicum
ofiale.*

misericors, in cruentissimas clades orbis Christiani, in sacrilegas
blasphemias, in millena parricidia, in profulssimas libidines,
propediem vindicabis montem Sionem, sinum tuum, umbra a-
larum tuarum in umbrabis, magistratum, cum omnem Christia-
num, tum electoralem Saxoniæ, petram & propugnaculum no-
strum, sapientia heroicisque animis instrues, clavum Romani im-
perij ipse met tenebis, gubernacula totius Reipublicæ Christianæ
omnipotentissimo brachio tractabis, omnes fideles sanctimonia
vitæque innocentia indues, ut Musarum hæc delubra halcyonia
habeant exoptatissima, & ut mysterijs verbi cœlestis vera salutis
ratione imbuamur, quod ut propter unigenitum filium facias,
votis oramus ardentissimis.

DIXI.

PETITIO.

His, qui avium cantum intelligunt,
Magisq; ex alieno jecore sapiunt quam suo:
Magis audiendum quam auscultandum censeo.

Antiquus ait Poëtanepos Ennius Pacuvius. In cuius
præsidio castrisq; nostra non immerito militat sens-
tentia, spectatæ dignitatis DECANE juxta &
Procancellarie, amice & collega amande & aestimande plus
rimi. Nam que de vomicâ generis humani, de flagello
Christiani nominis, de stabulo impietatis, de gymnasio cru-
delitatis, de sacerrimo & avidissimo humani sanguinis hes-
luone: in quem Poëtæ versus meritissimò torserim, Cui

Unus sanguis in oculis, in animo, in nigro vultu,
Oratione, cogitatione; sanguinem
Edens, bibens, quando esurit, satur quando est,
Vigilansq; dormiensq; somnians sanguinem.

De Turco, inquam, quæ diffusa & luculentâ orationis
ubertate differuisti, ea non ex oscinum garritu, ex præpetum
volatu, ex fibrarum & extarum inspectu; Verum ex sacros
sanctâ verbi divini scriptura, ex historicâ novitiorum vetera

ruina



rumq; fide atq; relatu; ab experientia, ab ipsa deniq; ratione
extrusis sententij in medium sapienter protulisti. Itaq;
neminem esse credo in hac amplissima concione, qui non eas
dem vera nimis tecum fateatur, & qua par est, quæq; anis-
sum in primis Christianum decet, curâ & pietate secum exo-
aminet æstimetq;. Sed hoc omitto. Illud potius agamus,
cujus gratiâ hæc omnis instituta est solennitas, & cujus cau-
sa vos tanto numero hoc loci hocq; temporis præcipue coivi-
stis. Vides hic, spectabilis Decane, præstabilis Vicecano
cellarie, 45. lectos è juventute viros bipertitâ serie colloca-
tos: qui singuli & universi, quâ pietatis, quâ virtutis, quâ
doctrinæ res fuit, agonas suos legitime vicerunt; et tam pri-
vata pauciorum, quam censura publica plurium accurate in-
stituta, digni sunt habiti, qui omnino brabea & hunc illustris-
simum ludum & exantatum ipsorum laborem decentia è tua
manu, qui Ædilis & hujus pro tempore spectaculi exhibitor,
accipiant: hoc est, Artium liberalium & Philosophiae Magi-
stri usitata hactenus et solenni cærimonia jam publicitus tua
voce & præconio renuncientur. Idq; ut absq; mora curatū
tradas & effectum, spectabilis Decane, ego, qui os vicarium
cæteris in hoc illustri confessu mutuari jussus sum, officiosè te
rogatū volo, minimè tamen pertinaci eonatu aut ubere ver-
borum ambitu, sed leviter breviterq; ut Candidatus olim Cæ-
faris: ita, ut submonuisse te aut hortatus videar potius, quam
rogasse: siquidē animum tuum probè perspectum habeo jam-
pridem, quam nimirum lubenter, quām item luculenter ho-
nores promerenti soleas & favere, & quantum tuarum par-
tium est, etiam elargiri.

Frid. Taubmannus, Poëta & Professor.

C 2

Quæstio

Quæstio

Gur non ego cum reliquis meis competitoribus spectabilis Domine Decane, præceptor & promotor dignissime, Tuæ spectabili dignitati obtemperem, & jussa prompto animo exequar? à quo unâ cum omnibus hisce creatis Magistris, quos in hoc augustissimo honoris loco & fastigio collocatos & decoratos, video multa accepisse publicè profiteor & libenter agnosco, & dum vivam, grata mente recolam, & pleno ore collaudabo. Iure à nobis exemplar edendæ alicujus eruditionis postulatur. Elsi vero mallem in hec augustissimo viorum clarissimi nôrum confessu, & amplissima studiosorum frequentia, tacere, quam tenuiter dicere quicquam: Tamen præstat obedire, quam formidine exiguae eruditionis, & turpi silentio, in atrox ingratis inis crimen incurare. Sed quid dicam, quibus in rebus specimen prosectori nesciri edam? Sunt multa certe. Sed dolor præcordia constringit. Vbi vero dolor, ibi manus: ubi manus & dolor, ibi clamor. Ea pars Vngarie, ubi officio fungor Scholasticos infestissime à Turca oppugnatur, cuius quoties recordor, toties ad eius mentionem exhorresco. Subit enim animum meum cogitatio, unde sit ille Turcus, & quomodo tam immensas vires, brevi annorum intervallo acquisiverit. Insuper hoc magis dubium reddit animum meum, utrum Turca forte fortuito tantas vires acceperit, an vero uspiam in divinis scripturis de tanto tamq; diurno. & omnium crudelissimo Ecclesie hoste, spiritus Domini prædixerit. In priore quæstione me facilius, quam in posteriore expedire possum. Crevit Turicum imperium tribus causis, religione, obedientia & disciplina. Nihil attinet hic dicere, utrum vera, an falsa illorum sit religio (scimus enim illam esse falsissimam) sufficit, Turcas esse suæ religionis servantissimos, apud quos maximi & minimi nefas esse ducunt, contra ullam religionis suæ partem peccare. Quam multi apud Christianos in multis violare, haud piaculum ducunt. Nulla apud Turcas adulteria, nulla convitia in Deum inveniuntur, quod apud Christianos sunt frequentissima. Sua religione persuasi de fato vitæ inevitabiliti certam horam mortis esse, nec prolongari, nec abbreviari ullis rationibus, armis aut periculis possu. Obedientia apud Turcas erga Imperatorem & duces tanta est, quanta apud nullas alias gentes legitur. Disciplina omnium severissima, quæ omnes in officio continet arctissime. Pœna enim proposita est fugientibus in bello, ut reversi capite mulcentur. Malunt igitur honeste cum virtute in bello occumbere, quam trans fugae carnifici colum objectare. Hæ cause sunt quibus Turcum imperium præ Persico et Romano creverit. Nam fuerunt in citeriore Asia duo regna sibi perpetuo adver-

adversanti squorum alterum Persicum, alterum Romanum fuisse meminimus: Illud sedem in Babylone; hoc in Bizantio, quod Constantinopolit dicimus, habebat. His inter se pugnantibus exortus est Mahomet in Arabia, versus meridiem veluti in cuspide triangulari regni Persici, & Romanum, qui multo aere affluens, Saracenos vages, & alijs stipendijs militantes, posteros Agar & Ismaelis ad se traxit, & exercitum collegit, quem liberoribus legibus & laxiore religione ad voluptates comparata, sibi devinxit. Paulatim ex Arabia in Iudeam, hinc in Assiriā suum, eduxit exercitum, eumq; rapinis perpetuis assuefecit. Bellum gerebat Romanus seu Bizantinus imperator Heracliuscū Persicō rege Cosrōe, ut defensionem Christianorum & Christianae religionis susciperet. Populatus enim erit Cosrōe Hierosolyma & Syriam, & nonaginta millia Christianorum trucidaverat, nec pius se ab instituto discessurum affirmarat, nisi Deum Persicum Christiani se culturos affirmarent.

Ad versus hujus Persici regis immanitatem Heraclius duxit exercitum in Syriam, eumq; auxiliante Saraceno, congressus vicit ter copias Cosrōe, qui in fuga à filio majore captus & necatus fuit. Cum regnum accepisset Sirōes, is cum Heraclio pacē constituit, & captivos Christianos dimisi. Confecto hoc bello, cū militibus stipendia pacta exolvenda essent, questores Heraclij respondent, vix sufficere, ut Graec & Romano militi dentur stipendas nēdum ut Saracenis canum turbæ satisfacere possint. Contumelia hac affecti Saraceni ab Imperatore Romano deficiunt, & oppida circa Damascum diripiunt, & longè lateq; grāssantur. Hoc tempore in Persia Imperator nominabatur Caliphas, sub quo erāt Seriphe Principes et sultani praefecti milii, ad versus hos Saraceni, qui Mahometani sunt, bella moverunt. Hos Persie ut depellerent, vicinos populos ex septentrione, inter Pontum Suxinum & mare Caspium ad montem Caucasum in vallibus habitantes appellatos Turcas in auxilium adversus Mahometanos vocavit. Sed caso Ormisdā Persie Imperatores & Saracenis Persicum regnum obtinenterunt, Turci auxiliatores Persarum certis conditionibus in fertilibus agris ad mare Hircanum substiterunt, & rei pecuniae operam dederunt, accepta Mahometis, que erat omnibus Saracenis communis, doctrinā. Ita Saraceni Asia & Persie sunt, Domini centum & nonaginta octo annos. Factum postea, ut ad versus Saracenicum Caliphane Imperatorem, Sultanus praefectus Mediae persidis & Sogdiane immensa dominandi cupiditate flagrans, nomine Mahometes moveret bellum. Et cum se Imperatoris viribus imparem sentiret, Turcos colonos ad armā vocavit, quorum opera Imperatorem Caliphā vicit. Cum vero hic Ma-

homines Sultanus pars stipendia Turcis solvere recusaret, ab illis, quos
irritaverat injuria, victus & suo regno ejetus fuit. sic peregrini hospi-
tes dominos ejecerant, & Saracenorum vires attriverunt, & cuperunt in
Asia Turci dominari post Christum natum 1051. cum jam Mahometicum
seu Sarracenicum regnum durasset 428 annos. Nam Mahometis regnum
collocatur in annum Christi 623. Cum Turci regno Saracenorum ad se
attracto paulatim ex oriente in occidentem progrederentur, & perpetuis
bellis & rapinis incumberent, multis spolijs ditati, et aucta potentia ad pon-
tum Euxinum in Armenia, Cappadocia, Galatia et Bythinia peculiare re-
gnum constituerunt. Atq[ue] centum & nonaginta annos quieti consederunt,
donec Armenij ad exturbandos Turcas Tartaros in auxilium assiverint,
quorum opera Turci fuerunt vici & in servitutem redacti. Retinuerant
vero loca in Cappadocia, Bythinia & Galatia, donec rursus, attrita
Tartarorum violentia Turci emergerent. Postea cum in Europa, cis
bosporum Bulgari tumultuarentur ad compescendum illorum furorem,
ab Imperatoribus Romanis & Constantinopolitanis Anno Christi 1300,
traducuntur Turci in Europam, ut socii militares, ubi confecto bello, al-
leli terrae amoenitate & fertilitate in Thracia id dederunt operam, ne do-
mum redirent, sed suo Principi Turcico in ubere terra sedes pararent.
Princeps vero Turcorum in Bythinia, Cappadocia, Galatia, regnum cor-
titulum auget, & regnum Trapezontium Romano Imperatori ereptum
suo adjungit, & subinde carpit provincias Romanis subjectas, donec tan-
dem Romanorum viribus attritis, & seditionibus & bellis exhaustis, Tur-
ca ante annos 143. mari terraque obsideret Constantinopolin.
Adduxit enim quadraginta millia hominum, quos in tres ordines disposuit, & his
terra urbem oppugnavit. Adduxit ex Aegaei & Euxini ponti littoribus
collectas naves, 250. quibus Pontum Constantinopolis, rupta Catenâ, qua
accessus hostium a portu arcebantur, tandem occupavit: & diebus quin-
quaginta quatuor vel septem hebdomadis expugnavit, in portâ Constanti-
nopolitana oclingentis hominibus attritis, quorum cadavera reperta sunt,
Trucidato vel conculcato ipso Imperatore Palaeologo, qui in fugam spem,
rebus desperatis, collocaverat. Saevitum sunt in Christum Iesum, in se-
nes, in matronas, in virgines per triduum, horribili immanitate, libidine,
rapacitate. Vnde Turca sit, & quomodo in immensum ejus creverit, &
adhuc augeatur potestas, fermè cognovimus. Sed utrum vagus ille exer-
citus & latronum turba ad vastandum, diripiendum & subjugandum
urbes, provincias, regna nata id absq[ue] ullâ divinâ prædictione faciat, non
satis exploratum habeo. Praestat igitur de hoc membro præceptores no-
stros



etros audire, qui multiplici scientia & eruditione sunt nobilissimi. Quapropter clarissimum, doctissimum & humanissimum virum Un. M. LAVRENTIVM FABRITIVM, in hac Academia Professorem Hebreæ linguae solertissimum, præceptorem & examinatorem nostrum meo & meorum competitorum nomine officiosissime rogo, ut is de hoc membris an de Turcæ Imperio & potentia Tyrannica ulla in Scripturis divinis extet prædictio, & quid de illa Spiritus Domini dicat. Quia in re si mihi & meis competitoribus hanc præstiterit benevolentiam, redde sibi nos omnes & singulos in perpetuum devinctos.

RESPONSI O, AD quæstionem.

Xhorru, & mei sensus obrigerunt ad auditum eorum ornatissime, literatissime & humanissime domine M. IOHANNES BOECATI, quæ partim à spectabili Domino Decano Collegæ nostro Charissimo ; partim à te, de Turca & magnitudine ejus imperij fuerunt commemorata. Et quis non exhorrescit ad recordationem nominis Turcici ? Quis enim non videt Turcam esse omnipotentis Dei, scelerata Christianorum punientis, flagellum acerbissimum. Quæ enim historiæ, quæ tempora, talem perpetuum & hereditarium Christiani nominis horrem nobis exhibuerunt ? Fuerunt quidem Babyloniorum, Persarum & Græcorum potentissimi imperatores, sed nullus horum crudelior Turcas. Quis enim fuit potentior Ahasvero ? Quis Alexandro Magno bellicesior ? Horumq; tamen nullus tam diu, tantamq; immanem ferociam exercuit aduersus Ecclesiam & populum Dei, quam Turca. Omnes illi præ Turca, maximi fuerunt Imperatores. Ahasverus, (quem Iosephus Scaliger literatissimi fuisse notavit) qui puellam Iudaicam Esther auxit in matrimonium, Ecclesiæ Iudaicæ concessit præclaram respiracionem per omnia sua regna. Cyrus, unctus Dei, quem Deus apprehensum manu duxit & cuius spirillum cum primis excitavit Ecclesiam Iudeorum captivam manu misit, ornatam plane regio munere, & restitatis vasis templi, quæ sui antecessores rapuerant. Alexander Magnus pereit Iudeis, Iadda summo sacerdote in ornatu pontificali sibi eundi obviam. Sic maxime illustres Babylonie, Persia & Græcia Imperatores clementiam erga populum Dei exercuerunt. Hocrum nihil unquam Turca fecit. & proculdubio nunquam facturus est. Hic enim ad vorandum semper humanas Carnes & sorbendum humanum sanguinem natus est. Quæ-



Queris vero ornatissime & humanissime Domine Magister, an de
Turca, ejus in Imperio, puerus Domini in scripturis suis unquam aliquid
predixerit. Multa sane; alia tamen alijs clariora sunt nobis. Præcate-
ris illi stris est apud Danielem capite sepius locus, qui descriptionem, or-
sum, facta & perpetuum bellum Turcæ, quod contra sanctos geret, comple-
titur. Hoc ut rectius intelligatur, Danielis Prophetiam à capite accer-
samus, in qua primo imagines à Deo Danieli exhibitæ; Deinde interpre-
tationem eorum ab Angelo expositam, videbimus, quantum præsens solen-
nitas ferre poterit. Vedit Daniel nocturno tempore in somnio hanc ima-
ginem: in vasto mari quatuor ventos pugnare; Et contemplatus est in il-
lo spatiostissimo mari oriri quatuor bestias. Prima erat similis leoni;
secunda urso: tertia leopardo: quarta similitudine non est picta, sed omni-
hus circumstantijs & proprietatibus satis est descripta. Primam besti-
am descriptsit formâ leonis, alis aquilinis; cui datum fuit cor hominis;
quæque steterit more hominum. Sed eventus tristis hujus bestiæ fuit. Nam
alæ ejus sunt evulse, & sublata fuit de terra. Secunda describitur ab
acutissimis dentibus, quibus vorat carnem multam. Hæc inter dentes, tres
costas seu cuspides acutissimas habet. Tertia similis Pardo, huic alæ qua-
tuor; capita fuerunt quatuor & data fuit ei potestis magna.

Quartæ deniq; immanis furor & ferocia attribuitur. Nam descri-
bitur ab aspectu terribili & fortitudine. A dentibus ferreis, quibus omnia
devoret, ab ungibus æneis, quibus singula comminuat, & pedibus concul-
cet. Hæc postrema bestia habet decem cornua; inter illa cornua unum, idq;
parvum cornu enascitur, cui atrocia ascribuntur facta à spiritu Domini.
Intuiti jam estis proceres Academiæ, & tu generosa studiosorum Corona
cum Magistris jam creatis picturas quatuor bestiarum. Sed quæ est
æquus, qui sensus, quæ interpretatio harum imaginum? Sollicitè de his
quesivit Daniel, & nos studiosè inquiremus, de quare, ille imagines nos
edoceant. Nam sciscitanti Danieli Angelus Dei hanc explanatam dedit
sententiam.

Vastum mare mundus est: quatuor autem venti, & quatuor be-
stiae, sunt quatuor reges, qui à terra surgent: cornua vero sunt regna. Satis
apertè nuncius Dei omnipotentis docet, summa in terris à temporibus di-
luvij, usq; ad novissimum diem quatuor esse imperia, quæ excellentiâ qua-
dam vorantur Monarchiæ.

Prima est Babylonica in forma Leonis: descripta à robore & ge-
nerositate. Attribuuntur illi alæ aquilæ, à velocitate, quod multa loca
pervagata fuerit & imperio suo, multa imperia, subjecerit. Quamvis

autem



autem Leonina & aquilina fuerit ; cor tamen hominis habuit . Nam prae-
dentiâ & sapientiâ administravit regnum , qua ipse Daniel Propheta se-
cundus à rege fuit : & cancellarium , in regno Persico cum laude egit .
Sed eventus hujus fuit luctuosus : alæ enim ejus sunt evulsæ & ipsa be-
stia fuit è terra sublata , quod factum est , cum Belsazer in convivio no-
cturno confoderetur , Cyro cu[m] Dario Babylonem occupante . Fuerunt in
hac Monarchia , aliquot Imperatores acerrimi hostes Ecclesiæ Dei . Salma-
nasser , Sennacherib & Nebucadnezar , antequam hic postremus septen-
nali exilio mitesceret . Sed nullus horum fuit tam atrox ut Turca .

Secunda Monarchia fuit Persica : hæc similis fuit ursu barbare &
immani : quæ , quantò ursus leoni generositate cedit tanto hæc dignitatē
Babyloniam non assequebatur . Describitur hæc Monarchia à dentibus
acutissimis , jussa est hæc vorare carnem multam . Nam Imperatores
Persici , Cyrus , Darius , Xerxes & Artaxerxes immensas copias colle-
gerunt & multum sanguinem bellis & rapinis effuderunt . Sed desist &
hæc bestia .

Subsequitur tertia bestia , quæ est Tertia Monarchia Græcorum ,
quæ ab Alexandro Magno initium sumpfit . Describitur hæc à similitu-
dine Pardi , à Celeritate , calliditate & astutia . Nam Alexander Magnus
πολεύας αλλόμενον nunquam cessans , intra duodecim annos ferme ,
juvenis sibi Europam , Asiam , & propemodum Africam subjecit . Qua-
tuor alæ & quatuor capita attribuuntur ei , quæ quatuor regna denotant .
Celebratur enim hujus Monarchia in primis potestas : data est , inquit
Angelus , ei potestas .

Sed super & ultima bestia , quæ ultimam Monarchiam describit .
Etsi verò hæc non habet peculiarem imaginem , Tamen describitur à for-
midine , terrore & fortitudine , cui dentes sint magni iugferrei , unguis
ænei . Hæc omnia devorat , dentibus ferreis comminuit , pedibus concul-
cat & unguibus æneis ad se omnia rapit . Hæc Romana est Monarchia .
Ita enim hæc quarta bestia crevit , ut decem cornua facile acceperit , quæ
sunt decem regna . Potiti enim sunt Romani , Africa , Egypto , Syria ;
Asia , Gracia , Italia ; Hispania , Gallia ; Anglia , Germania . Hæc sunt illæ
decem cornua quibus quarta bestia fuit roborata . Sed quid sit ? dum at-
tentius Daniel hanc quartam bestiam decem cornibus auctam , contempla-
tur : Exoritur inter , & præter illa decem cornua aliud parvum cornu .
Sciicitur igitur Daniel anxie ex Angelo interpretationem , quartæ be-
stiae , & parvi illius cornu . De quibus Angelus Domini ita loquitur : Be-
stia quarta , regnum quartum in terra erit , quod majus erit omnibus re-
gnis .

gnis, & devorabit universam terram, eamq; conculcabit & comminuet. Cornua verò decem, notant ex ipso decem reges consurrecturos, & aliis surget post eos, & ipse major erit prioribus decem, & tres humiliabit reges. Omnes quotquot in amplissimo hoc auditorio sunt facile intelligunt, hic inter decem cornua quartæ bestiæ, exoriri cornu unum, in principio parvum quidem, sed quod successu temporis ita crevit, ut majus sit factum prioribus omnibus; & humiliabit seu subjugabit hoc cornue tres potentissimos reges de illis decem.

Parvum hoc cornu aliqui interpretantur de Antiocho. Calvinus in explicatione Danielis de quatuor bestiis & parvo cornu, dictatoriā censurā ita pronunciavit: Longè falluntur qui hoc vaticinium ad finem regni Christi extendunt, & qui putant notari disputationem, que accidit trecentis aut quingentis annis post Christi mortem. Parvum cornu interpretatur idem de Iulio Cæsare & Augusto, qui conculcatis consulibus, & senatoribus Romanis, omne imperium ad se rapuerunt. Dum verò parvum cornu dicitur gerere bellum adversus sanctos: hoc enarrat ille interpres ἀυτογόνων, de bello quod Titus Vespasianus Iudeis intulit, & qui Ierusalem expugnatam sola aquavit. Sed hæc interpretatio, de parvo cornu & bellis ejus, est longè alienissima à mente Prophetæ. Nam Iulio Cæsari & Augusto Imperatori ea non conveniunt, quæ hic parvo cornu attribuuntur à Nuncio Domini. Nam hoc parvum cornu est separatum à decem illis cornibus. Iulij verò & Augusti potestas non fuit ab illis sejuncta. Hoc parvum cornu, tres tantum humiliat reges: At Iulus & Augustus: decem humiliarunt reges: Quicquid enim fuit Romanorum id hī Imperatores gubernarunt. Parvum hoc cornu pugnabit contra sanctos: Iulus & Augustus contra sanctos non pugnarunt. Et quomodo Iudeos, quos Titus Vespasianus oppugnavit vocabimus sanctos, cum pugnaverit contra Iudeos homicidas dicente Christo, traditos in reprobum sensum. Accedit huc quod oppugnatis illis sanctis regnum aeternum sit tradendum. Quis hæc sanus de Iudeis Osoribus Evangelij, Christi blasphematoribus, interpretabitur? Num quid Iudei expugnati regnum Dei possidebunt in universum.

Alienissima igitur est hæc Calvini interpretatio de parvo cornu, quod experimur hodie oppugnare decem quartæ bestiæ cornua. Omnium verò Christianorum interpretum consensu, parvum cornu, quod exoritur inter decem quartæ bestiæ cornua, esse Turicum imperium confirmatum videmus. Hanc sententiam Divus Lutherus in luculenta præfatione Germanica, quæ Danieli præfixit quoque retinuit & confirmavit

dum



dum inquit : Parvū illud cornu tria cornua de prioribus demolietur. Hoc vero cornu est Mahomet seu Turca, qui jam Ægyptum, Asiam, & Graeciam tenet. Parvum hoc cornu oppugnabit sanctos, & Christum blasphemabit. Quod nos experimur hodie. Nam Turca multas victorias à Christianis reportat : abnegat Christum, & Mahometem suum supra omnia effert. Ideo non nisi ultimus dies nobis expectandus est. Quia Turca non plura quam Tria cornua deturbabit. Hactenus Lutherus noster.

Conveniunt hæc, quæ hic commentatus est piè D. Lutherus, Propheta Danielis descriptioni. Nam dicitur hoc parvum cornu oculatum esse, quo prudentia, Vigiliae & intensum studium significantur bellatoris. Hæc omnia experimur, in Turca : nunquam dormit, nunquam aliud agit, quin plures populos sibi subiçere conetur, & in miserrimam ducere captivitatem studeat. Attribuitur huic, Os grandiloquum & tumidum, blasphemum in Deum & homines, id nemini magis convenit quam Turcæ, qui se dominum cœli & terræ esse gloriatur, & horribilibus blasphemijis Christum infectatur. Aspectus parui cornu oculati, erit major quam aliorum regnum. Hoc parvum cornu verba faciet ex parte altissimi, erit religiosum & observantissimum religionis, sed loquitur tantum ex parte altissimi. Habebit enim consutam & impiam doctrinam, in qua tamen erunt quædama de Christo, quæ sunt verba altissimi, ut docet Alcoranus.

Est præterea bellator contra sanctos. Conterit enim sanctos. Nam hic non solum pugnabit contra sanctos, sed eos in fugam convertet, & atritus potestatem eripiet ut factum est aliquot vicibus. Sed qui tandem eventus Turcam manebit? Cornu illud parvum, seu bestia Turcica interficietur, perdetur corpus ejus, & tradetur incendio ignis, inquit Domini legatus. Non enim in perpetuum tradentur sancti in manus ejus, sed usque ad tempus & tempora & dimidium temporis :

Tum regnum & potestas dabitur populo sancto altissimi quando veniet filius hominis ad antiquum dierum & acceptâ potestate æternâ sedebit in Tribunal ad judicandum, & dominabitur in secula seculorum :

Ex his cernere licuit, Ornatisime & humanissime domine BOCATI, Turcam non forte fortuito grassari : sed prædictisse id spiritum Domini in divinis Scripturis, quod breviter ostendi quantum hic locus & tempus ferre potuerunt. Dixit

M. LAVRENTIVS FABRICIVS,
Hebr, ling. in Acad. VViteberg.
Profess, publ.

AKTEN DER

VERSAMMLUNG DER

DEUTSCHEM MUSEUM

IN HAMBURG

AM 1. JUNI 1845.

BEI DER VERSAMMLUNG DER

DEUTSCHEM MUSEUM

IN HAMBURG

AM 1. JUNI 1845.

BEI DER VERSAMMLUNG DER

DEUTSCHEM MUSEUM

IN HAMBURG

AM 1. JUNI 1845.

BEI DER VERSAMMLUNG DER

DEUTSCHEM MUSEUM

IN HAMBURG

AM 1. JUNI 1845.

BEI DER VERSAMMLUNG DER

DEUTSCHEM MUSEUM

IN HAMBURG

AM 1. JUNI 1845.

BEI DER VERSAMMLUNG DER

DEUTSCHEM MUSEUM

IN HAMBURG

AM 1. JUNI 1845.

ULB Halle

002 169 24X

3



Farkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



RATIO OFANITATE Æ RELIGIONIS

lliosis maledicti regni ini-
& incrementis,

habita

In

ademia VVitebergensi

à

CLARISSIMO

SSIMO DOMINO

EVONYMO CARINTHO,

Professore publico, cum 45. doctos
Magisterij publicis solenni-
tibus insigniret:

Item

VÆSTIO,

tentia Tyrannicâ ulla in scripturis divinis
quid de illa Spiritus Domini dicat,
proposita

a

INE BOCATIO P. L.

er. Rectore, cui respondit

humanissimus, M. LAURENTIVS FA-
ræ lingue Professor publicus.



TEBERGÆ,

gij Mulleri, Anno 1596.

